Romanorum xv apostolus quecumque scripta sunt ad nostram doc-
trinam scripta sunt ut per consolacionem scripturarum spem
habeamus quia sepe gaudentes in tribulacione ob quo-
rumque tristiciam occasionem a spirituali gaudio in domino con-
tinuato minime deficiamus. Ideo considerans mundi
huius tribulacionibus ac multiplicibus tribulacionum causis et occasionibus
excogitavi de multis consolacionibus contentis implicite
vel explicite in scripturis quasdam redigere in hiis
scriptis ut diverse persone variis ex causis seu occasionibus corporalibus
et spiritualibus turbate que ob hoc variis consolacionum reme-
diis noscuntur indigere paratam consolacionem in hoc libro valeant in-
venire Et ut certo loco suo unusquisque invenire valeant
pro qualibet persona turbata consolaciones ipsum librum in
quindecim libros distinxi particulares contra turbaciones hominis
consolacionum remedia optima continentes. Incipit Ex libro
consolacionis theologie Ex primo libro qui continet consolaciones
super carencia mundane felicitatis et prosperitatis ac fortune
necnon super infelicitate et adversitate ac infortunio et super
huius incolatus prolongacione

Primo ergo ut de hiis que opponuntur mundane felicitati C. 1.
non turberis sed pocius gaudeas, satage ut interius
oculis in imagine Christi devocius inspicias in qua intu-
ispice et perfice potius quia nobilissimi illius exemplaris
Christi scilicet gesta considerata te consolari poterunt super omnium ceterarum
consolacionum remedia. Et inmo ipse est magni consilii angelus
qui verus omnium est magister dei quoque virtus et dei sapiencia ac
salutis auctor cuius vera autem veneracio omnis humana
non digne debet cedere. Si igitur ipsum propensius attenderis pro-
cul dubio nil esse curandum de habendo ea in quibus consisti-
t huius brevis vite felicitas ut suadet verus christianus ut-
pote Christi sectatorem non habundo ea in quibus consistit eius
infelicitas quia suo exemplo efficaciter persuadet verus
christianus utpote Christi sectator et [illegible] debemus quod
in bonis mundi felicitatem querere aut in malis infelicitatem
timere. Unde Augustinus omnia terrena bona contempsit homo Aug.
Christus ut contempnenda monstraret et omnia terrena mala susti-
nuit que sustinenda precipiebat ut nec in istis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_991/0237

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG